



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXXVI. An includatur in Contritione odium peccati præteriti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

missionem gratia: At Passio nil agit, nil meretur. 3. Quia volunt esse passionem, quod eam esse terrorem fingant: at hoc falsum patet supra.

III. Contritio pertinet ad Euangelium: Testibus Prophetis, Christo, Apostolis, quae repete ex Antichristo. Ratio, Quia Euangelium etiam terret, & grauius, quae lex, minatur ignes inextinguibiles, vermes, stridores, &c. Lex vero etiam consolatur spe promissionum.

### QVÆSTIO LXXXVII.

*An includatur in Contritione odium peccati praeteriti?*

**L**VTHERVS in se m. detrahit negat: sed potius vitæ nouæ studium. Confessio tibi, ait, plus discedendum est, quantum vitæ iustitiam, quam quantum odium peccati multoq; maiore imò solo hoc labore tibi cogitandum est, quemodoq; vitam bonam, quam in quo modo oisus aut deseras praeterita mala. Verissimum est in proverbium, & omni loquuntur hu. usq; de poenitentia praestantissimum. O tima Poenitentia. Noua vita. Ibid. Haec tristitia, de peccatis praeteritis, facit hypocritam, imò magis peccatorem. &c. Non ergo in usu d. Scriptura Poenitentia dicitur dolor, sed mutatio vitæ & consilii. Sic in epist. ad Staulum.

II. Sed in art. Smalcaldicis mutauit sententiam: quam tenent hodie nobiscum Lutherani, & Calviniani.

SVADET Lutherus istis. 1. Quia Laetantius ait *μὴ δόλαιον*, significare Resipiscendum: non odium peccati. 2. Gal. 6. In Christo IESV neq; Circumcisio, neq; praepitium aliquid valet: sed Noua creatura. 3. Quae. c. 1. secundum Deum tristitia est, poenitentiæ in salutem stabilem operatur. q. d. non actæ vitæ odium, sed amor no. x. Nam factum infectum fieri nequit itaq; factum dolere, stultum est.

AUTOR. Peccati memoria & detestatio necessaria est poenitenti. Teste in Scripturis Deo, Prophetis, Christo, Apostolis, s. Patribus, ac ipsismet Luthero-Caluinistis: apud Bell. 2. c. 4. Adeo ab omnibus peccatores ad odium peccatorum

vocantur. Manet igitur illud S. Gregorii hom. 34. in Euang. *Poen. est mala perpetrata plangere; & plangenda non perpetrare.* Quia naturalis est mortalibus Synderesis, male facta flagellans intus verbere coeco. S. Aug. l. 50. homeliarum hom. 27. *Nemo eligit vitam nouam, nisi quem veteris poenitet.* Nec secus intelligi Poenitentia potest.

DICO AD I. At ibid. l. 6. diuin. Infit. c. 24. addit, *eos verè respiscere, quos errati poenitet.* Et vanum est insistere etymologiae vocis magis, quam vsui.

AD II. Poenitentia, vt & Baptismus, est via ad nouam creaturam: non ampli<sup>2</sup> Circumcisio Proinde dicitur, Act. 2. *Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.* Act. 8. *Poenitentia n. age ab hac nequitia tua.*

AD III. Ibi tristitia non est dolor de peccatis, sed mœror de obiurgatione natu, inducens ad poenitentiam.

### QVÆSTIO LXXXVIII.

*An includatur in Contritione Propositum rectè viuendi?*

**L**VTHERANI variant. I QVI Contritionem Fide pro. em esse vident, & Poenitentiam diuidunt in Contritionem & Fidem; Contritionem definiunt terroribus & odio peccati; Fidei vero esse factum aiunt rectè viuendi propositum. Sic ferè plerique

II QVI Contritionem Fide posteriorem afferunt, vt Lutherus, & Calvinus *Infit. l. 3. c. 3.* hi admittunt bonæ vitæ propositum in Contritione contineri.

SVADENT itaque priores istis. 1. David tantum dixit, *Peccati.* Nimirum solum poenitentiam egerunt oratione & ieiunio: sic prodigus, sic Publicanus. Ideo propositum illo. 2. Contritio sufficit ad veniam: at proprie solum includit actum quod nollemus offendisse Deum sine proposito aliter viuendi: ergo sine hoc per illud solum iustificari possumus. 3. Dolor de peccatis admissis virtute includit melioris vitæ propositum ergo sufficit solus, &c.

V V E A V